

Alte Drucke

APOLOGIA || FRANCISCI || MONTANI PRO SOCIETATE || IESV IN GALLIA. || CONTRA ANTONII ARNALDI || Aduocati Parisiensis Philippicam. || Ex Gallico in ...

Richeome, Louis

Cracoviae, 1597

Caput VIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154864

CAPVT VIII.

*Ostenditur ex Ribadencini Carolum V.**Imp. vix nouisse Societatem.*

EMporrò ita sese habere, docebit te is, quem libenter citas, Ribadeneira, qui in vita Francisci Borgiae Iesuïte, Ducis quondam Gandie, & nomine & loco eiusdẽ Imperatoris Cataloniae Proregis ait: Franciscum quinquennio à conuersione venisse in Hispaniam, atque Imperatorem Dominum suum in Monasterio Iustæ, Ordinis S. Hieronymi, quo superiore anno vite religiosæ inibi degendę gratiâ secesserat, officii causâ adiisse; Imperatorem autem aspectu prædicti Borgiae mirabilem voluptatem cepisse, quod coram intueretur, reipsa iam eum præstitisse id, de quo quatuor antè annis certior factus esset. Præter cætera in hanc cum illo e-
gisse sententiam: Sibi quidem vehementer placuisse & ædificationi fuisse, cum Augustæ Vindelicorum ex literis intellexisset, ipsum mundo valedicendû tam salutare consiliû iniisse; mirari tamen se etiam atque etiam, hominem ea fortuna, dignitate, & conditione tot antiquis Religiosorum familiis relictis delegisse planè nouâ, neq; omnium adhuc suffragiis approbatâ, & de qua varii sermones à variis inutrâq; partē fererentur: Cùm enim de eligenda Religione agitur, eâ utiq; ceteris esse præponendam, quę antiquitatis honore potissimùm emineat. Ad quę Borgia paucis; Religionem hanc nihil, quod ad fidem spectet, innouasse, utpote quæ idem sentiat & credat, quod Catholica Ecclesia semper sensit & credidit: Si autem propter peculiare suum institutum, viuendiq; rationem noua censeatur nullam omninò reperiri Religionẽ, quæ nõ aliquando æquẽ noua fuerit, ac ista; neq; magis eam quòd minorenis sit contemni, legitimaq; portio-

Colloquium Ca-
roli V. cū Frat-
cisco Borgia.

Prudēs respon-
sum Borgiae.

G

one &

Omnis Religio one & iure suo priuari posse, quàm alios Religiosos Ordines, cum eiusdem essent ætatis, satq; roboris & auctoritatis, aliquando nonnes, cum eiusdem essent ætatis, satq; roboris & auctoritatis, ua fuit. eidem vel inde accessisse, quod Ecclesiæ & summi Pontificis calculo comprobata in albū familiarum Christi adscripta fuerit, iisdē quibus illæ privilegiis & immunitatibus exornata, hocq; testimonium longē maius esse, quàm quod à temporis diuturnitate petitur. Neque verò ipsius Ecclesiæ prima quasi incunabula obstitisse, quò minus pietate & omni virtutum genere quàm maximè floreret. Per multos quidem inueniri, qui de Societate varios rumores spargant: Alios calumniandi cupiditate, quòd Societatis institutum ignorent: alios odio & id genus similibus animi affectionibus impulsos; hos autem oblocutores & detractores, non esse digniores fide illis, qui in Societatem ascripti, totam eius viuendi rationem propiùs exploratam haberent. Se quidem eo semper præditum fuisse animo, vt si aliud quid præter eximiam vitę sanctimoniam in ea deprehendisset, nomē suum in Societatem nequaquam daret, aut iam datum non derepentē expungeret; si post ingressum, aliud quàm quaefuerat, reperisset.

Laudat Carolus
V. sententiam
Borgia.

Hanc orationem cum Imperator vehementer collaudasset, non ignarus Francisco virtute, religione, & veritate nihil esse antiquius, simulque interrogasset, num quod ferebatur, verum esset, in Societate nullos senes & ætatis prouectioris, sed iuuenes tantum viuere; Borgia subridens: Quid mirum, inquit, o Imperator, si matre tam iuencula, tamque viridi æuo, filii necdum canescant: veniet labentibus annis canities: Ipse tamen iam quadragesimum sextum ætatis annum attigi, mecumq; agit Sacerdos, qui sub ingressum in Societatem sexagenario maior erat. Et hæc est summa eorum, quę ex illo colloquio ad nostrum propositum conducunt.

Neque inutile erit, describere Epistolam, quam Imperator

tor Augusta ad Borgia dedit. Illustris Dux & cognate, literas tuas accepi per Casparum Buillalonium, & quamvis propositum illud tuum valedicendi mundo, resque mortales cum celestibus commutandi desiderium vehementer laudem & approbem; non dolere tamen non possum, ut ratio iubet & exigit: verum dolor, quem capio, non impedit, quò minus id, quod à me postulas, liberaliter tibi concedam, videlicet ut Ducatum & ditionem tuam filio tuo Carolo tradam; libenter votis tuis annuo. Persuadeo autem mihi, plures extituros, qui factum tuum invidè carpant, quàm qui imitentur. Illud enim cuius promptum est & obuium, hoc labore & sudore eget. Cum verò tuos liberos deferas, obstringis me, ut eos, resque eorum in meam fidem & clientelam recipiam, quod & faciam, pro eo ac meritis es; spero fore, ut studio tuo parte & comparata ipsi pro viribus conseruent & tueantur. Rogabo Deum, Dux illustris, ut sanctis tuis consiliis rector & moderator adsistat, cui in tuis precibus, nostra quoque & totius Christiane Reipub. negotia cõmendes velim. Augustæ 12. Februarij M. D. LI.

Ex quibus omnibus videre potes Arnalde, si tamen oculis non es captus, Carolum V. de hac Societate nihil præter auditum habuisse aut sciuisse; longeque aliter de ea locuturum fuisse, tum in colloquio cum Borgia, tum in epistola ad eundem, si tam familiariter, ut tu fingis, Iesuitarum operâ fuisset usus. Pluribus enim declarasset suam in eum Ordinem benevolentiam, tanquam multorum annorum curriculo probe cognitum, magisque laudasset Borgiae consilium, quod Societatem sibi adeò deuotam & addictam amplecti cogitasset. At cum tam parè de Societate loquatur, ostendens se potius velle discere, qualis sit, quàm de ea iudicium ferre, perspicuè intelligitur, eam illi non nisi tenuiter admodum fuisse cognitam, fierique non posse, ut ipsius operâ usus sit in rebus politicis, & ad Rempub. pertinentibus, ut tu persuadere contendis; cum in Monasterium Iustæ sese abdiderit Anno M. D. LV, biennio aut triennio ante suum obitum.

Carolus V. uix
nouit Societate
Iesu.

Mors Caroli v. Mortuus est enim Anno Lviij. sæculi & sue ætatis. Quod si alicubi legas, Collegium Societatis ab ipso fundatū & dotatum esse, vt Panormitanum in Sicilia, id non tam fecit, quod Societatem familiariter & interiorius nosset, quàm rogatu ciuium illarum ciuitatum, quibus extruendis Collegiis gratificari cupiebat.

CAPVT IX.

*Philippum Regem sero agnouisse Societatem; &
Arnaldum Hereticum esse.*



VO igitur ore, qua conscientia, impostor, fingere & affirmare audes, Carolum V. Iesuitarum operâ vsum esse, eosq; Hispanos effecisse, totq; diuitiis cumulasse, cū ipso variis bellis in Europa & extrâ occupato, Iesuitæ nondum extiterint; & vbi extiterunt, vix ab Imperatore ad finem vsque vitæ agniti fuerint? Effice rogo, vt capiam istud tuum mysterium omnium sanè mirificissimum: annè decem ista millia Iesuitarum futurorum, qui re ipsa nondum erant in rerum natura, collocabat fide duntaxat in *Campania*, eo modo, quo Caluinistæ fide ponunt corpus Christi in Eucharistia, licet intere à firmissimè credant, illud quàm longissimè ab Eucharistia abesse? Vtebatūrne istis ducentis futuris coloniis velut ducentis Heluetiorum pagis, quos *Cantones* appellant? Animòne & cogitatione efformabat & destinabat in mundum istos *Comites*, istos *Cardinales*, istos *Barones* Italiæ & Hispaniæ, qui post triginta annos nascituri erant, vt in Occidente rerum potiretur, eo modo, quo Othomannus in Oriente? Platonis ideæ intellectu per quam sunt difficiles; sed istas tuas longè magis arduum est intelligentia assequi; et si hoc quoque distat, quod